



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Epistola Dedicatoria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743



REVERENDIS
ADMODVM DO-
MINIS, DOMINIS
totius Belgij Abbatibus,
cæterisq; Regularibus Su-
perioribus F. SIMON DE
GRINCOVRT, in
Conuentu Fratrum Mino-
rum Recollectorum Vallen-
cenesium humilis Guar-
dianus, eiusdemq; Conuen-
tus Religiosus, S.P.D.

Qui vanam vulgi
æstimationem, ho-
minumque fauores
ambitiosè venantur, ad-
ā 2 mō

E P I S T O L A.

modum Reuerendi Do-
mini, in id toti incumbūt,
& insudant , vt & noua
conquirant,& quæ magna
repleant librorum volu-
mina pertractent , illa vt
aciem ingenij, hæc vt ma-
gnam sciētiæ suppelleūtīlē
aliis ostentent,cùm tamen
sæpe sæpius nouitas curio-
sitatem accendat,& proli-
xitas tempus inaniter ab-
sumat; nos verò, qui gloriā
nostrā non in leui hominū
opinione , sed in solida rei
veritate ponimus,& com-
muni aliorū vtilitati ma-
gis de facto prodeſſe , quā
tantūm vt tales haberi cu-
pimus,

DEDICATORIA.

pimus , tempus nostrum
non infructuosè imp̄sum
putauimus, si Quæstiones
Regulares à R. P. E M A-
N V E L E R O D E R I C O
antea fusè per tres tomos
cōscriptas, cōpendiosè per
Aphorismos redigeremus,
atque ordine Alphabetico
ad cōmodiorem omnium
vsum, & vberiorē fructum
digestas in publicum pro-
duceremus : nam quainuis
fateamur , vt reuera est,
Regularium priuilegia, A-
postolicāsque constitutio-
nes cum propriis cuius-
que difficultatibus in toto
prædicti Patris opere do-

ā 3 Etē

E P I S T O L A.

Etè & vtiliter pertractari,
thesaurus tamē est in agro,
vt ita dicamus, abscōditus,
& lucerna iis tantūm lumē
præbens, qui non minūs
otio, quā ingenij subtilita-
te perabūdant; otio, vt lō-
go argumentationum de-
cursu protracta euoluāt, ac
perlegant; subtilitate in-
genij, vt ex tāta opinionū
varietate, argumentorum-
que copia, quæ subinde
pro rei exigentia recen-
sentur, genuinam Autho-
ris sentētiām fideliter de-
ducere nouerint. Quāuis
autem memini, vestrū prē-
fertim, quos non tantūm
vir

DEDICATORIA.

virtus, sed etiam ingenij
præstaria, scientiarumque
cognitio ad Prælaturæ, di-
gnitatūmque culmen &
fastigium euexit, eam ca-
pacitatē vllatenus deesse
probè sciamus, non igno-
ramus tamen plures per-
diuersas variorum nego-
tiorum occupationes ab
illius operis lectione fre-
quéter arceri; ac propter-
ea vt res in promptu cuili-
bet haberentur, singulas
Quæstiones, & articulos
propriis cuiusque conclu-
sionibus absoluimus, an-
notantes interim tomum,
quæstionem, & articulum,

ā 4 ex

EPISTOLA.

ex quibus illæ , aliaçque,
quas vt minùs necessariæ
omisimus, eruūtur , vt qui
fusiorē de illis tractatum
desideraūrit , nullo sanè
negotio ad ipsam summā
Authoris recurrere possit.
Exiguū opus est fatemur,
sed magnæ tamē vtilitatis,
quod nemo diffiteri debet.
Rigidus est stylus , sed di-
lucidus tamē sensus; plera-
que breuiter expedita, sed
tamen sufficienter expres-
sa. Magna paruis, protensa
breui repræsentamus spa-
tio , non aliter quam Phydias
statuarius ille , qui
tanto artificio , & dexteriti-
tate

DEDICATORIA.
tate scutū Palladi elabo-
rauit, & in paruo tam ma-
gna coarctauit spatio, vt
in signem Amazonum vi-
ctoriam Thesei in extre-
mis scuti depicti magna-
nimitate comparatam re-
præsentarit, vexillum Gi-
gantum contra Deos ex-
pansum, certamen Du-
cum belli & Centauro-
rum equis insidentium,
Pandori Genealogiā cum
triginta Deorum iam iam
nascentium figuris, inter
quas erat vna Victorię ad-
instar Deæ prorsus diuinæ,
&, quod omnium maius
est, seipsum à Pallade de-

ā s por

E P I S T O L A.

portādum diuersis in par-
tibus , aut in vno potiūs,
eodēmque loco simul ex-
presserit. Aut sicut Myr-
micides, qui , si Plinio cre-
dimus , currum tantæ exi-
guitatis absoluit , vt ala
muscæ tegeretur ; & na-
uim , quæ vnius Apiculæ
pennis absconderetur. Vel
sicut Callicrates , qui pa-
ri industria currus formi-
cæ magnitudine conficie-
bat , integrōsque Home-
ri versus sub exiguo sina-
pis grano describebat.
Qualecumque tandem o-
pus sit , id vestris Reue-
rentiis , & Dominationi-
bus

DEDICATORIA.

bus eo quo possumus affectu, & humilitate defemimus, & consecramus, ut pote iis, quibus ea materiæ ratio maximè congruit, in quorum præcipue fauorem indulta sūt, quæ recensentur priuilegia, quorum denique dignitas & officium Quæstionum decisiones inibi contentas sæpe requirunt. Humiliter oblatum benevolè recipiat: nam sicut licet exiguum sit, magnas tamen concludit materias, ita magni quoque erga Reuerendas Dominationes vestras affectus

&

EPIST. DEDICAT.
& reuerentiae fidele sym-
bolum est , & tessera. Da-
tum Valencenis , in Con-
uentu nostro Fratrum Mi-
norum Recollecto-
rum, hāc 23.Iulij,

1616.



IN